

HISTORIA APOLLONII REGIS TYRI

épisode 8 • THARSIA A MYTHILENE

Où Tharsia se révèle la digne héritière de son père...

Chapitre 34 *Les pirates vendent la belle Tharsia au tenancier d'un lieu de prostitution à Mytilène. La jeune fille demande grâce. Vient le roi Athénagore, le premier client...*

Tertia die antecedente turba cum symphoniacis ducitur ad lupanar. Sed Athenagora princeps affuit prior et velato capite ingreditur ad lupanar. Sed dum fuisset ingressus, sedit; et advenit Tharsia et procidit ad pedes eius et ait: "Miserere mei! Per iuventutem tuam te deprecor, ne velis me violare sub tam turpi titulo. Contine impudicam libidinem et audi casus infelicitatis meae vel originem stemmatum considera." Cui cum universos casus suos exposuisset, princeps confusus est et pietate ductus vehementer obstupuit et ait ad eam: "Erige te. Scimus fortunae casus: homines sumus. Habeo et ego filiam virginem, ex qua similem possum casum metuere." Haec dicens protulit XL aureos et dedit in manu virginis et dicit ei: "Domina Tharsia, ecce habes plus, quam virginitas tua expostulat. Advenientibus age similiter, quousque liberaberis." vero profusis lacrimis ait: "Ago pietati tuae maximas gratias."

Chapitre 36 *Les autres clients renoncent tous à la belle vierge, épris de pitié sur son sort...Tharsia manifeste alors son souhait de poursuivre... ses études !*

Puella respondit: "Habeo auxilium studiorum liberalium, perfecte erudita sum; similiter et lyrae pulsum modulanter inlido. Iube crastina die in frequenti loco poni scamna, et facundia sermonis mei spectaculum praebeo; deinde plectro modulabor et hac arte ampliabo pecunias cotidie." Quod cum fecisset vilicus, tanta populi adclamatio tantusque amor civitatis circa eam excrebuit, ut et viri et feminae cotidie ei multa conferrent.

Athenagora autem princeps memoratam Tharsiam integrae virginitatis et generositatis ita iam custodiebat ac si unicum suam filiam, ita ut vilico multa donaret et commendaret eam.

Tharsia retrouvera-t-elle un jour ses parents ?